❡ VEHEMENS/
AVTHORIS / A
CEM / AD CH
CVNCTOSq; 
AD TERRAE/S
TRIMONII:A
TIRECVPERA
STIANORVM
NEM ATq; VI
DEM/SED EO/N
IAM MALORV
SARIAM.

AV

ti
in
ia
&

tris tuæ. Audite/&
ſti/& Eccleſiæ méb
deſſe:& uobis pot
duiſſetis:non tot
ſerandam chriſtia
rum noſtrorum/&
prophanata/& ex
na toto orbe tandi
profecto infideliũ

# ❡ VEHEMENS/AC/DEVOTA INCERTI AVTHORIS/ AD SVMMVM PONTIFICEM/ AD CHRISTIANOS PRINCIPES CVNCTOSq; FIDELES EXHORTATIO: AD TERRAE/SANCTE/ET CHRISTI PATRIMONII: AB INFIDELIBVS OCCVPATI RECVPERATIONEM/ET DIRE CHRISTIANORVM CALAMITATIS VLTIONEM ATq; VINDICTAM/SERAM Q VIDEM/SED EO/MAGIS PRO EXITIALIVM IAM MALORVM GRAVITATE NECESSARIAM.

AVDI SANCTISSIME PONtifex dei & chriſti uicarie: uide & inclina aurem tuam: reminiſcere iam chriſtianum populum tuum & domum labentis Eccleſiæ matris tuæ. Audite/& uos/o/chriſtiani principes chriſti/& Eccleſiæ mẽbra: qui ſi nõ præeſſe magis q̃ prodeſſe: & uobis potius q̃ deo regnare iamprid ẽ ſtuduiſſetis: non tot chriſtianæ fidei detrimẽta nõ miſerandam chriſtiani populi ſubuerſionem: & maiorum noſtrorum/& noſtra uidiſſet ætas: non deniq; prophanata/& exploſa uera dei religione: ſarracena toto orbe tandiu graſſaretur impietas: Ceſſiſſet profecto infideliũ perfidia chriſtifidei: ceſſiſſet falſi

tas ueritati: religioni ſuperſtitio : pietati impietas:
Innocentiæ crimen: apparuiſſetq; tandem : quantũ
chriſti celſitas/a/Diaboli ruina : quãtum exercitus
chriſti/ab Antichriſti turba diſtaret. Nam ſi ſarra/
ceni/& thurcæ contra deum pro falſitate pugnãtes
ſola improbi laboris tolerãtia/tãta per uniuerſum
orbẽ in perniciẽ chriſtiani nominis/& auſi/& ope
rati ſunt: Quid populo dei pro deo pugnãte foret
ſperandum: ſi mẽtibus/& cordibus noſtris adeſſet
diuinæ laudis/& chriſtianæ religionis quod debet
ſtudium? Patrẽ uocamus chriſtum ſaluatorẽ/& do
minum/& non erubeſcimus. quę tantopere uerbis
honoramus: factis tantopere obliuiſci? Sed nec ut
patrem colere: nec ut ſaluatorem diligere: nec ut do
Hier. v. minum reuereri? Factũ eſt nobis iuxta Hieremiam
prophetam: cor incredulum/ac exaſperans: Longe
receſſimus/a/deo iniquitates noſtræ ꝓhibuere bo/
Iſa. lix. nũ/a/nobis : & iuxta Iſayam: peccata noſtra reſpõ/
derunt nobis. Tribulatio ergo noſtra delictorum
noſtrorũ eſt meritũ: dũ offenſus/a/nobis deus per/
mittit inimicis ſæuiẽdi in nos poteſtatẽ: dũ ꝑ igna
uiã noſtrã/ueteres ferẽdo calamitates eos iuitamus
ad nouas. Sitit nãq; crudeliſſimus hoſtis chriſtia/
num ſanguinem: quem uictor effundere per tot ſæ
cula iã aſſuetus non ſatiabitur/donec reliquias chri
ſtiani nominis prorſus perdat/ac exterminet: quip

pe quem minor iam manet labor expugnandi/ ac delendi funditus chriſtianos:niſi duʒ aliquid ſup/ eſt uirium occurritur/atqȝ repugnatur.

¶ Sed quouſq; tandem obdormiet in Pontificibus noſtris chriſti uicariis/ac paſtoribus/paſtoralis cu/ ra:' quãdiu torpebit & ueſtra/o/chriſtiani Prĩcipes populo chriſti/& eccleſiæ dati cuſtodes:' Concluſi eſtis iam infidelium gladiis in modico Europe an/ gulo/Redactus eſt ad paucitatem chriſti populus uobis cõmiſſus:a quo ſi eximas ſenes:pueros:fœ minas/& pleroſqȝ ad arma inualidos:quota cenſe/ bitur iam ad repugnandum reliqua pars:' inſtant uictores ĩmaniſſimi hoſtes captiuitatẽ:cædes/ ulti/ muʒ deniqȝ/ & miſerandũ exitũ feroces intẽtant:cũ ne ſic quidem excitamur:non coniungimur:ut cõ/ muni occurratur excidio.Euigilate quæſo/iam eui gilate/o/Pontifex/o/Principes:abrumpite tam pro fundi ſoporis uincula:Preſidete iam/ & regnate nõ uobis/non ſæculo:ſed uitæ æternæ:ſed chriſto per quẽ præſidetis:regnatis/& uiuitis.Nam ſine chri/ ſto nõ uobis/ſed hoſtibus ueſtris regnatis:a/ qui/ bus/ dum ſic regnant tot alii chriſtiani Principes: capti toto orbe (ut uidemus) atqȝ oppreſſi ſnnt.In/ crepet propterea uos maiorẽ in modũ ſpũs ſctũs/ & p ſctõrũ ſuoꝝ: q/a/ ſæculo ſunt/& pphetaꝝ ora exprobat uobis tot mala.Querit':lamẽtat'/atqȝ ex/

Pſal. clamat. Venerunt gentes in hereditatē tuam Deus
polluerunt templum ſanctū tuum: poſuerunt car
nes ſeruorū tuorū eſcā uolatilibus/& beſtiis terræ.
Venit iniquus ille populi/& eccleſiæ tuæ uaſtator
Apl'ſ. Mahumetes homo peccati: filius perditionis & iā
diu in tēplo dei ſedet extollens/ac negās patrem/fi
lium/& ſpiritū ſanctū: quod dicitur deus/& omne
Apoc. quod colitur ſanctū eius. Aperuit/& poſuit in cœ
lum os ſuū in blaſphemias ad deum: repulit deſpe
Pſal. xit/& diſtulit chriſtum tuum/prophanauit in ter/
ra ſanctuarium eius/ſignans populum tuum cara/
Pſal. ctere blaſphemiæ/& perditionis. Intrauerunt iam
aquæ uſq; ad animā chriſti: circundederunt eum ca
Zach. nes multi. Tacta eſt pupilla oculi eius/& q ſimul
contriſtaretur: non fuit/nec qui conſolaretur inue
Hier. nit. Periit corregis/& cor principū: obſtupuere ſa/
Iſay. cerdotes. Circunſpexit/& non erat auxiliator: que/
Hier. ſiui/& non fuit qui iuuaret: Ploret iam anima no
ſtra plorans ploret/deducant oculi noſtri lachry/
mas per noctem/& diem/& non taceant: quoniam
aſcendit mors/& ingreſſa eſt domos noſtras. Va/
ſtati ſumus uehementer: captus eſt grex domini/&
Iſay. non eſt qui defendat/non eſt qui eripiat. Specu/
latores eius cæci omnes: canes muti/non ualentes
latrare/dormientes/& amantes ſomnia: ipſi paſto/
res ignorauerūt intelligentiā: omnes in uiam ſuam

abierunt unuſquiſq; ad auaritiam ſuam/a/ſummo
uſq; ad nouiſſimũ. Propter quod dominus de cœ Pſal.
lo proſpexit ſuper filios hominum: Si eſt intelli/
gens/aut requirẽs deum:omnes declinauerunt:ſi/
mul inutiles facti ſunt:non eſt qui faciat bonũ:nõ
eſt uſq; ad unũ. Vocaui inquit ipſe/& nõ fuit qui Iſay.
reſponderet:loqutus ſum/& non audierũt. Quod
ſi ego ſum pater ubi eſt honor meus?& ſi domi/ Malach
nus/ubi eſt timor meus?& noluerũt attendere:ſed
ipſi reges/& principes/& ſacerdotes uerterũt ad me Hier.
terga/& nõ facies:auertẽtes aures ſuas ne audirẽt.
Ideo hæc dicit Dominus:ueh paſtoribus/q paſcũt
populũ meũ/& dilacerant gregẽ paſcuæ meæ. Vos
diſperſiſtis gregẽ meũ/& eieciſtis eos/& nõ uiſita
ſtis:ecce ego uiſitabo ſuper uos malitiã ſtudiorũ
ueſtrorum: q̃m ſacerdotes polluti ſunt:prĩcipes uero Iſay.
infideles:ſocii furũ/a/minimo uſq; ad maximũ cũ/
cti faciunt dolũ:cũcti faciũt mendaciũ/& in domo
mea inueni malum eorum:quia uidi afflictionem po Exod.
puli mei/& clamorem eius audiui/& diſperſe ſunt
oues meæ:eo q non eſſet paſtor. At ego ut filios
enutriui/& exultaui eos ipſi aũt ſpreuerunt me in Iſay.
dilectione mea/& in indulgentia mea redemi eos/
&agglutinaui mihi:ut eſſent mihi in populum/& Hier.
in nomen/& in laudem/& in gloriã:Ipſi uero pro
gloria repleuerũt me ignominia/& factus ſum op/

probrium inimicis meis. Quapropter afferam ſup
Sopho eos mala. Tribulabo eos/& ambulabunt ut cæci:&
Zach. ſicut loqutus ſum ad eos/& noluerunt audire: ita
clamabunt ad me/& non exaudiam eos.

¶ O præcluſæ chriſtianorũ aures: o mentes & cor
da cæcata: quibus tot dei cõminatiões: tot chriſtia
næ rei publicæ calamitates dare non poſſunt: uel
dei timorem: uel innocentiæ diſciplinã: uel noſtri
ſenſum/ac memoriã. Fieri uidemus quæ ſpiritu dei
cõminantis ante prædicta ſunt: nec tamen fide pre
ſentium: ut in futurum conſulamus: admonemur:
cunqꝫ brutis animalibus uexatio det intellectum/
& ſolo doloris ſenſu exurgant in ſui defenſionem
ac tutelam: nos brutis deteriores tot malis premen
tibus. tot iminentibus plagis: nec ad deum conuer
timur: nec noſtri reminiſcimur. Degeneramus pro
fecto/a/chriſtiana uirtute longi torporis aſſuetudi
ne. Exceſſit iam de Principũ/& rectoꝝ noſtroꝝ pe
ctoribus ſpiritus ſanctus. Obſederunt corda eorũ
cæcitatis tenebre: dum fidẽ chriſti: quã ſermone fa/
tentur: operis teſtimonio non probant: dũ chriſti
uirtutem ſolis uerbis proferũt: & operibus impiis
deſtrui ueritatem chriſti permittunt. Quapropter
Hiere. non imerito quærit Hieremyas ab eis: imo per Hie
xiii. myam deus. Vbi eſt grex domini: qui datus eſt uo
bis: pecus inclitũ? Vbi decus eccleſiæ uobis cõmiſ/

ſæ:/Vbi oppreſſæ religionis:quam profitemini cu/
ra:/Quod ſi uidentibus uobis/o/chriſtiani Princi/
pes gregẽ chriſti rapiunt:ac dilacerant lupi:iam nõ
ouiũ cnſtodes:ſed luporum eſtis paſtores/& ſocii.
¶ Expectat nihilominus deus ſuſtinet in patiẽtia
ignominiam/& opprobrium ſuuꝫ:tolerat ſtuporẽ/
& ignauiam noſtram:Si forte quandoq; euigilet:&
ſui capiat ſenſum:quoniã miſericors ipſe/& patiẽs
eſt & multus ad ignoſcendum:nec cõtinebit in ira
ſua miſericordias ſuas:ſi ad eum cõuertimur: Mul
te quippe eſt miſerationis omnibus inuocantibus Zac. I.
eum:ipſo per Zachariam prophetam teſtãte/ac mo
nente. Conuertimini ad me/& cõuertar ad uos. &
per Ioannem in Apocalipſi. Ego quos amo arguo
& caſtigo:emulamini igitur & pœnitentiã agite:ec
ce ſto ad hoſtium/& pulſo:Si quis audierit uoceꝫ
meã/& aperuerit mihi ianuam/introibo ad illum/
& cenabo cum illo/& ipſe mecũ:Et rurſus per Hie Hiere
remiã:ego ſcio cogitationes:quas cogito ſuper uos xxix.
cogitationes pacis/& nõ afflictionis:ut dem uobis
finem/& patientiam:inuocabitis/& orabitis me: &
ego exaudiã uos:cũ queſieritis me in toto corde ue
ſtro:inueniar/a/uobis:& auertã captiuitatem ueſtrã
& liberabo uos de manu peſſimoꝝ/& de manu for Iſay.
tium:qa iuxta Iſayam:nõ eſt abbreuiata manus do
mini:ut ſaluare nequeat:nec aggrauata eſt auris eiꝰ

ut non exaudiat. Non deſperemus igitur: ſed conſo
lemur: ſi in ira percuſſit nos deus: in reconciliatiōe
miſerebitur. Ipſe uulnerat: ipſe medetur: nō enim in
finem iraſcitur: nec quia diuina cenſura iudiciis ſuis
(ut ait Auguſtinus) iuſte occultis/ & occulte iuſtis:
facit quod uult: imo quod meremus: Ceſſemus pro
pterea facere nos: quod tātopere debemus: quin eo
magis noſtri admoniti conuertamur/ & quæramus
ipſum/ excitemur iam/ & condoleamus. Nam quis
chriſtianus (ſi ſe chriſtianū meminit) ſic durus/ ac
ferreꝰ eſſe poteſt? Quis chriſtianæ charitatis ſic ob
litus? qui nō maxime excitetur/ & doleat tantā chri/
ſtiani populi uaſtitatē: tantam Eccleſiæ chriſti iactu
ram? & ipſum deniq; ſaluatorē noſtrū: ſola deſidia/
& ignauia noſtra: ibi ab infidelibus blaſphemari:
ibi canibus conculcari/ & pollui: ubi ab æterna ca/
ptiuitate/ & perpetuo tormento ipſe nos liberauit?
quo nimiruʒ nefando crimine/ ac demerito traditi
ſunt hucuſq; principes nr̄i/ ac rectores: iuxſta Apo
ſtolum in reprobum ſenſuʒ/ & in paſſiones odii/ ac
diſcordiæ: quibus dum faciunt quæ minus conue/
niunt: oīa noſtra fiunt hoſtibus opportuna. Vnde
ſarracenis/ & thurcis ea creuit ī nos ferocia: is chriſti
anoꝝ principum in dies contēptus: ut impudentius
iam/ & contumelioſius ore ſacrilegio/ & impuriori/
bus ꝓpe uerbis: q̄ factis id exprobēt nobis. Quod

quidem uel recenti argumēto pleriſq; notiſſimo pro
bari/& perſpici iam cumulatiſſime poteſt. Miſit pro
xime perfidus ſarracenorꝝ Soldanus ad Iulium ſe/
cundum pontificē maximum litteras perfidiæ/& cō
minationis plenas: queſtū de clariſſimis Ferdinādo
tum Caſtellæ/& Emanuele Portugalliæ regibus: ꝙ
Mauros Hiſpania eiicerent: ꝙq; impie adorationis
ſuæ domos in chriſtiana templa conuerterent. Que
rebatur etiam: Regem Portugalliæ in Indiam pene
traſſe: Commercium indicum/a/ſarracenis ſuis ian/
diu uſucaptum: armatis claſſibus occupaſſe: gentes
ſuas uexaſſe: terras turbaſſe: arces in urbibus: caſtel
la in īſulis/& oris maritimis extruxiſſe: armata præ
ſidia impoſuiſſe: a quibus niſi abſtinerēt: ſe in chri
ſtianos uendicaturum: & ſanctiſſimū ſaluatoris no
ſtri ſepulchrum Hieroſolimis deſtructurum. O/me
ritam auriū chriſtianorꝝ Principum blaſphemiam.
O/dignam ſecordia noſtra ſuperbiā. Exprobat per/
fidus in faciem nobis impune? atq; facit iniuriā? au
det cōminari ſaluatoris noſtri: qua ſedens gloria/
tur: ignominiam/atq; opprobrium? Quid ſi uiri: ſi
chriſtiani eſſemus terreri/ac ſibi timere potius de/
buiſſet. Quid contumelioſius ſeruis? quid contem
ptius captiuis dixiſſet? Sed nimirum ſeruos nos ſi
bi prope diem futuros: & ut alios ante nos pecu/
dum more breui captuꝫ iri iam deſtinat animo qui

enim in pluribꝰ/& integris nobis chriſtianā adhuc
non ſenſit uirtutem in paucioribus : iam & territis
non immerito deſpicit.
¶ Hæc itaqꝫ ignauia/& deſidia noſtra longo iam/&
diuturno torpore cordibus noſtris immerſa eſt in
cauſa:ut quantū nobis foret timēdū:ꝙ iacemus:ꝙ
noſtri defenſionē nō ſuſcipimus:ꝙ hoſtes non ag/
gredimur:tantū id audere timeamus.Quo quidem
meruimus :ut poſt amiſſam Aſiam:amiſſam Affri/
cam/& totū pene orbē terraꝝ ab infidelibus occupa
tum/& chriſtianis ereptū:capta etiā nunc ſub ocu/
lis noſtris maxima Europe reſidua chriſtiani popu
li parte : infeſtiſſimas clades Thurcæ in intima/&
ſola iam chriſtianæ rei publicæ uiſcera intulerint:
Quas ſi quis cōſiderare:ſi recēſere uelit:lachrymis
certe magis q̄ uerbis egeat.Quis nāqꝫ erit:qui ſiccis
oculis uel cogitare:uel audire queat imaniſſimas ſar
racenoꝝ/& turchaꝝ in chriſtianos crudelitates? qui
non maxime lamentetur/& plangat multiplicē fide
lium cædē:& chriſtiani ſanguinis toto orbe effuſio
nem? Trahitur profecto animus erūpente dolore:
trahūtur ſenſus:uelut rapido mœroris eſtu:ad eas
deplorandas:dū captis/& expugnatis chriſtianoꝝ
terris crudeliſſimi hoſtes:nulli ætati nulli ſexui:nul
li ordini:nulli ſanctuario parcūt. Rapiuntur/a/con
plexu matrū filios retinere conantiū:infantuli cæ/

dem ſuã:nec cũ occiduntur intelligentes:uel parie
tibus allidũtur:uel medii ferro ſecãtur:pauidæ ma
tres recenti adhuc cruore natoꝶ/aut uiroꝶ reſper/
ſæ trahuntur ad ſtuprum: Conſtuprãtur matronæ
uiduæ/ac Virgines: Violãtur ſanctimoniales. Tru
cidãtur ſacerdotes:pueri:iuuenes/ac ſenes : ſine di/
ſcrimine alii necantur:alii ante ſuum quiſq; prædo
nem catenati ducuntur:que iratis/& perfides hoſti/
bus collibuerint paſſuri. Profanantur ſanctæ Eccle
ſiæ:ipſa demũ ſancta altaria/ad conſecrationẽ corpo
ris chriſti:in noſtrum ſalutarem cibũ dicata:equoꝶ
fiunt præſepia. Iam ſacratæ ſanctoꝶ imagines ab al
taribus deturbantur franguntur:igni cõburuntur:
& ipſius Saluatoris potiſſimũ(proh dolor) ſimula/
cra præcedentibus ad ludibrium tubis/& timpanis
(quid enim inſæuitum reliquat crudelis perfidia:)
ad caudas iumentoꝶ per uias trahuntur: prouoluũ
tur:ſputis/ac lutu fœdantur cum illuſione dicẽtiũ:
hic eſt chriſtianoꝶ deus. O/inexpiabile chriſtiano/
rum principum dedecus/O/ignominiã catholicæ
fidei/& chriſtianæ gentis ſempiternã. Cæde itaq;:
ſanguĩe:ſtragib9/ac lamẽtis chriſtiãoꝶ oĩa cõplent͂.
¶ Atqui omnes hæc iam diu torpentes aſpicimus:
nec præteritaꝶ cladium memoria : nec præſentium
maloꝶ ſenſu obuiam itur tot/tantiſq; calamitatib9:
ut alios toto orbe fideles:ſic mox (niſi occurratur)

nos merito oppreſſuris.Obliuiſcimur quippe deſi/
des chriſtianæ fidei defenſionem fidei noſtræ com
miſſam . Obliuiſcimur ingrati imēſa Redemptoris
beneficia:Qui dei filius exiſtens:cum ſe pro nobis
humiliare/& hominem fieri ſit dignatus:ut nos fi/
lios dei faceret:nos filii hominum:nec filii dei per
ſeuerare:nec ſaltem chriſtiani uideri curamus.Cūq;
chriſtus:qui mori non poterat ſi uoluiſſet:nudus/
& ſolus/& abſq; præmio pro nobis ſis paſſus:nos
neceſſitate mortales tot armis accincti:tot armatis
militibus circūſepti longe maiori/q̄ pro meritis præ
mio:pugnare dubitamus pro domino:qui ſic pro
ſeruis mori non dubitauit?Quid ergo profuit nos
a deo creari? quid tantopere diligi? ut tradito pro
nobis ad mortē unigenito filio:tam ingratos redi/
meret ſeruos/Maxime cum omnibus beneficiis ſuis
deus:omnibus demādatis nobis obſequiis:nil ali/
ud intenderit:q̄ ut nobis:ut ſaluti noſtræ:non ſi/
bi quicq̄:cōſuleret:Quoniam bonoꝝ noſtroꝝ ipſe
Iſay. xliii. nō eget.Filiū igitur dei:quē(ut ait Iſayas) ſic in pec
catis noſtris ſeruire fecimus:cui tantū in iniquita/
tibus noſtris prebuimus laborē:deſeremus? Non
eſt profecto hominis:non generoſi/& ſtrenui ani/
mi : & multominus chriſtiani:pati chriſti oppro/
brium:qui nos/a/perditionis opprobrio liberauit:
recuſare pro chriſto laborem:qui nec mortem pro

nobis recuſauit:recuſare mortem:de qua nobis na ſcitur uita in perpetuum/a/morte ſecura. Niſi forte oportuit chriſtum omnia pati pro nobis:& ſic in/trare in gloriam ſuam.Nos uero in utranꝗ dormiẽtes aurem:nec deo utiles:nec prouidi noſtri:in eandem gloriam alienam non noſtram : uigilantibus: non dormientibus paratam ingredi æquum cenſe/mus:ſperantes ſcilicet:deum fore memorem noſtri cum nec ſui/nec noſtri nos memores ſimus.

❡ Sed tantorum malorum/& chriſtiani dedecoris culpa:& ſi ad omnes in commune ſpectat:in ſum/mis tamen pontificibus(ſit uenia dicto) & reliquis chriſtianis principibus potiſſimum reſidere uide/tur.Nam ut in corporibus:ita in omnia rerum ad miniſtratione/ac regimine:ea eſt uel potiſſima ſalus uel ægritudo grauiſſima:quæ/a/capite diffunditur Cõmẽdauit quippe ipſis deus maiorẽ fidem/& po/puli ſui curã.Cõſtituit in terris paſtores/ac ducto/res præcipuos nobis ſuo gregi imitãdos. Poſuit de fenſores ad propulſandos fidei hoſtes:& chriſtia/næ religionis tutelã.Ad quod quidẽ tam piũ : tam neceſſariũ:tã debitũ/a/uobis opus:ſi iaꝫ nũc ſctiſſi/me põtifex & uos chriſtianiſſimi prĩcipes paribꝰuo tis:ſi cõſociatis mẽtibꝰ intẽdatis animũ:ut fecere nõ nulli ſancti/ac laudabiles prædeceſſores uñi:nõ ſolũ reſtituetur ſuũ decus chriſtianæ religiõi:ſed ſæcula/

rium occupationuꝫ/& diſcordiarũ ſpiritus:qui nos
a deo ſeparant/& bonis obſunt operibus:a cordibꝰ
ueſtris penitꝰ auferent?Nã ſi maloꝝ nr̃oꝝ clariſſi/
mis experimẽtis manifeſte apparet:omnia que cha/
ritas/& concordia ædificãt ad gloriã : diſcordia/&
dei obliuione præcipitari ad ruinam:quid in pecto
ribꝰ chriſtianis faciũt:quæ in chriſtiano eſſe nõ de/
bẽt:odia?ꝗd ſimultates/ꝗd dimiſſis/diuinis inauiũ
occupationũ uanitas?&in proximos cruenta certa
mina?Quod ſi infideliũ bellis/o/principes/interdũ
præſtatis inducias: ut expeditus/ac liberius ( proh
nephas) inteſtina cũ chriſtianis bella geratis:dupli
ci culpandi crimine:& ꝙ ab infidelibus/& hoſtibꝰ
& ꝙ contra fideles /& fratres arma conuertitis.Qua/
re nõ potius abſtinetis/a/mutuis ſimultatibꝰ:ac bel
lis pacifici:tum ut filii dei cẽſeamur:tũ ut dei hoſtes
perſequamini:geminatũ apud deũ/& homines mu
tuæ:concordiæ & defenſæ religionis meritũ cõſequ
turi?Preterea ſi iniqui/& increduli Principes inter/
uentu dominicæ paſſionis:iam tum etiã in malis
odia mitigantis:ex inimicis facti ſunt amici:Hero/
des.s.& Pilatus potuereq; praua/& diſſidentia eorũ
corda uniri ad chriſti paſſionẽ:de qua omnem erãt
habituri dãnatõis culpã:meritũ ſalutis nullũ quãto
pere erubeſcẽdũ eſt ueſtris chriſtianis mẽtibꝰ:ſi cau
ſa ſalutis nõ ſeruatis dilectionẽ:ſi ad concordiã do

mini paſſione noſtra non conuertuntur corda:qui/
bus ſalutarem redemptionem/& germanam in deo
charitatem chriſti paſſio eſt operata:Maxime cuꝫ id
poſtulemini ad recuperanda noſtra/a/perfidis occu
pata:ad liberãdũ chriſti populũ ab ipſis oppreſſuꝫ
ad liberanda ea ſancta loca:in quibus ſaluator pro
nobis eſt paſſus.

¶ Non ferat igitur in uobis/o/principes chriſti mẽ
bra:chriſtiana charitas odia:nõ diſcordias:quin eas
in alioꝝ exẽplũ ueſtra extinguat authoritas/& mu
tuus interuentus:extinguat chriſti recordatio/atq;
exẽplum:qui pro nobis moriẽs:nobis inimicis ſu/
is non ſolum pepercit:ſed etiam pro nobis orauit.
Humani cordis eſt odia deponere:ſed ea etiã in ami
citiam uertere chriſtiani.Conſociamini itaq; in mu
tuaꝫ dilectionem/a/deo creati:in mutuam charita/
tem/a/chriſto redempti.Implete iam inuicem chri/
ſtianã unitatem/ac concordiã/a/ſaluatore tantopere
nobis cõmendatam/& preſtitam:quãdo optime no
ſtis:non poſſe inter filios dei cõputari:qui nõ fue/
rit ipſe pacificus:nec concordem eſſe cum chriſto:
qui diſcors fuerit cum chriſtiano:quia ad regnum
dei non peruenit diſcordia. Simul cogitate:nõ eſſe
ſperandũ:ut uel terrenis bonis/uel cœleſtibus præ
miis honoremur ab eo:ad cuius præcepta/& obſe/
quia uenire negligimus.Sed quoniam dei ſunt re/
gna:que tenetis:dei omnia:quæ in terra poſſidẽtur.

Dei ꝙ uiuimus:ꝙ uigemus:adeo ut nullis horis nullo tẽporis momẽto eius beneficiis careamus urꝫ eſt:dare operã:ut ipendãtur diuinis obſequiis tãta diuina beneficia:qñ nulli magis debẽtur:q̃ deo:qui ea nobis preſtat:nullũq; neceſſariũ magis/tũ ipſi/tũ nobis obſequiũ in pñtia preſtari põt:q̃ terræ ſanctæ & patrimonii chriſti liberatio/atq; infideliũ extermi natio.Quod ſi primũ q̃ſieritis/o chriſtiani prĩcipes ac procurabitis:non ſolum uita/& ſanitas/& cætera quæ optabitis bona adiicientur uobis : ſed reddet etiam immortalis deus uobis omnia obſequentia/ ac facilia ad hoc tam pium opus/fietq; uobis propi tius:& in cunctis adiutor:Alioquin non propicia/ bit᷑ deus:nõ tribuet quæ uolumus:ſi q̃ ipſæ ſibi trí bui/quæq; maxime debemus/ei tribuere recuſamus

## DE BELLI IVSTICIA ET NECESSITATE.

c AEterum q̃ iuſtum:q̃ neceſſarium:q̃ glo/ rioſum:q̃ utile:q̃ deniq; facile:& hoc tem/ pore opportunum ſit hoc ſanctiſſimũ cõ/ tra infideles bellum:nemo eſt:qui non uideat.Naꝫ ſi iuſticiam:ſi neceſſitatẽ primum cogitemus : Agi/ tur de dei:de chriſti ueritate contra perfidorum fal ſitatem:Agitur de chriſtianæ fidei/& religionis in qua redempti ſumus:reſtitutione : Agitur de recu/ perando cum terra ſancta/& ſanctiſſimo ſaluatoris ſepulchro/chriſti patrimonio ſuo/& ſanctoꝝ ſuoꝝ ſanguine nobis tradito: Agitur de propulſando/a/

ceruicibus nr̃is ĩminẽti:hoſtiũ: uelut uagãtis ĩcẽdii extrẽo piculo:Agit̃ deniq; tota res ipſa dei:tota nr̃a

## DE BELLI GLORIA ET VTILITATE.

T ſi gloria / atq; utilitas huius ſancti belli
a conſideretur:quid glorioſius:ʼ quid utilius
cogitari poteſt:ʼcertabitur ſub oculis preſen
tis dei:ipſius dei certamine:certabit̃ pugna/& prœ
lium chriſti:in quo chriſti miles interimet de cul/
pa ſecurus:interibit de prœmio ſecurior.Interimen
do acquiret chriſto:moriendo chriſtum.Trucidan
do tollet hoſtibus uitam:trucidatus preſtabit ſibi
æternam.Demum occidendo conſequetur ampliſſi
mum huius ſæculi decus/atq; honorem:ampliſſi/
mas hoſtium opes/ac terras:occiſus cõſequetur cœ
lum/& beatam paradiſi gloriam ſempiternam.Naʒ Apoc.
ſi beati mortui:qui in domino:quãto beatiores:q xiiii.
pro domino moriuntur:ʼQuoꝝ mortẽ lõge precio
ſiorem in conſpectu dei facit: dominicæ paſſionis
cõſimilis pro chriſto tolerantia:& per uias/& ueſti
gia chriſti:cõmunis cũ chriſto ad cœleſtia regna in
troitus.Vnde cõſiderare licet q̃ ſublimitas animi:q̃
fortitudo:q̃ exaltatio aderit chriſti militibus:qui in
acie ſteterint pro dño pugnaturi:Sciẽtes chriſtũ ſe/
cũ ſtare pñtem:& paratas diuine laudis/& gloriæ co
ronas ſinguloꝝ meritis afferẽtẽ.Quæ igitur in hoc
ſæculo:& in futuro optari ab hoibꝰ pñt:in hoc ſan
ctiſſimo bello militaturis cumulatiſſime ſunt parata

# DE BELLI FACILITATE.

q Vam uero ſit facile hmōdi belluꝫ:eſti ſatis
cōſtat omne dei onus eſſe leue:nullūq; pro
deo laborē fore inaneꝫ:minimeq; in dubiū
duci debent:quæ deo preſtātur obſequia:huius cer
te ſancti belli facilitas clariſſime perſpici poteſt ex
tranſmarina contra hos ipſos infideles expeditione
perlaudabilis memoriæ Vrbani ſecūdi pōtificis/ma
ximi glorioſe oliꝫ procurata atq; effecta:cui Gothi
fredus bollionii/& alii chriſtiani proceres præfuere
Eo.n.ꝙ uoluntas/ac deuotio terræ ſanctæ recupe/
rande tum affuit nonnullis chriſtianis ducibus/ac
Comitibus:non Regibus nec præcipuis ex chriſtia
nis principibus:qui preſtare id melius poterant/ac
debebant:ſed aliis longe inferioribus diuerſarū pro
uinciaruꝫ optimatibus:qui uoluere/ & eſſe/ & uideri
chriſtiani illico immortalis deus:cui militabāt:om
nem Thurciam:Syriā/& ſanctam ciuitatē Hieruſalē
ſolo triennio in manus eoꝝ dedit: Thurcis/& Sar
racenis penitus debellatis.Satis oſtendens/ac pro/
bās:ſe cū quibuſuis in nomine ſuo cōgregatis ſem
per fore:& populum dei/a/deo q̄ facillime per nos
poſſe uindicari : nec debere q̄libet fortem timeri/a/
chriſtiano:qui protectorem chriſtum habet fortio/
rem.Deus enim in chriſtianis illis pro bona eorum
uoluntate operatus eſt/& uelle/& perficere. Et ſicut
tunc militibus ſuis chriſtus affuit:ita & pugnaturis

nunc aderit:quin ipſe in nobis pugnabit.Ipſe con
gredietur.Ipſe opem ſuam/& fortitudinem.cui ho/
ſtes reſiſtere nō poterunt:dabit:præliatores/& aſſer
tores nominis ſui erigendo:corroborando:animā/
do:ipſoꝶ laboribus lóge maiora:q̄ pro meritis præ
mia tributurus.Quæ quidē ſi attēdimus:ſi in chri/
ſti charitate amplectimur:omnes huius belli labo/
res:non ſolum faciles/ac leues:ſed etiam optabiles/
ac maxime expetēdi nobis uidebūtur.Omnia quip
pe grauia/& immania (ut ait Auguſtinus) facilia &
prope nulla facit amor.

## DE TEMPORIS/OPPORTVNITATE PLVRIBVS RATIONIBVS.

P Orro hæc ſctā expeditio/ſctūſq; chriſtiano
rum ad tam piū bellū concurſus:& ſi omni
bus retro ſæculis fieri debuit hoc certe tépo
re omnipotens deus diuerſis oſtentis atq; indiciis/
in diuerſis terraꝶ partibus manifeſte ſtruere uidet̄
initia/& opportunitatem huic ſancto operi euigilā
te (iam iuxta Hieremiam) diuina cogitatione cōtra Hier.li.
Sarracenicaʒ Babilonem:ut rurſus miſereatur ſyon
quia tempus miſerendi eius : quia uenit tempus.
¶ Primum ꝙ omnes fere chriſtianos Principes/ac Pría rō.
terras:Germanias:Gallias:Hiſpanias:Angliam:Ita
liam:ſub maximis cōſanguinitatis:affinitatis/& pa
cis(quanta iam diu in chriſtianis non fuit)uinculis
conſociauit:nullis extantibus bellis:ſed nec bello/

rum cauſis iuſtis:niſi diabolicam ſuggeſtione præ
ſumptis:ut longe facilius nunc ſit chriſtianos prin
cipes/ac populos ad hoc ſanctū bellum uniri/atq;
ſecunda ratio. cōiūgi. ℂ Nec minori diuinæ ad id uolūtatis indi
cio aſſignari poteſt:ꝙ chriſtianos Reges hoc tem/
pore deus ſub noua quadā obligatione mire con/
Hier.li. cluſit:quo(iuxta Hieremiam)ſuſcitaret nūc magis/
ac ſibi obſtringeret ſpiritū Regum contra ſarraceni
cam Babilonem:quia mens eius eſt:ut perdat eam:
quoniā ultio domini eſt ultio templi ſui.Quando
quidem nemo fere regū nunc eſt:qui paterno obi
tu ſucceſſionem adeptus:ſed nouo dei beneficio fa
ctus de nouiſſimo primus nō niſi de largitate eius
tertia rō habeat:q̄ poſſidet:regna ac dominia. ℂ Simul cōſen
taneo ſatis argumento eſſe debet:quantum immor
talis deus id nunc/a/nobis requirat:imo quātopere
iam ipſe exequi cœptet:ꝙ uidemus Aethiopiā:Ara
biam:Perſiam/atq; Indiam/& alias Orientales ter/
ras Occidentalium Portugallenſiū armis/& opera
pmeari/atq; īpugnari:nouo admirādoq; tpibus nr̄is
Apoc. xvi. myſterio.quo præparet̄ iā cōtra īfideles(iuxta Ioā
nē apl̄m)uia Regibus nr̄is ab ortu ſolis.Vnde dn̄s
illuſtratiōe iā aduēt9 ſui:& pfidos deſtruere:& chri
ſtianam religionē reſtituere/ac in unum ouile cōiū/
gere uelle:mire portendit:annuntiato iam in orien
te/ & exaltato chriſtianis armis crucis tropheo in
maximū chriſtiani nominis decus/maximūq; ſar/

racenorum detrimentum:& expectatũ conſtanti fama/& credulitate ex antiquis etiam apud eos præſagiis/ac litteris Mahometanæ ſectæ excidium. Vt uel hoc ſolo doceri clariſſime poſſit:quãtũ uniuerſi principes noſtri ſimul iuncti cõtra uiciniores lõge hoſtes efficerent:quando per tanta maris:Cœli & rerraꝝ ſpacia inacceſſa antea atq; incognita paucis/& ſolis pro chriſto pugnantibus: tantã contra tot infideles deus preſtet uirtutẽ: Vt ſignanter de his Hieremias:& latiſſime dixiſſe appareat. Audite conſilium domini:quod mente concepit aduerſuʒ Babilonem/& habitatores theman paruuli gregis diſſipabunt eos/&/a/ruina eoꝝ auditus eſt clamor in mari rubro. Venite ad eam ab extremis finibus: aperite:ut exeant:qui conculcent eam:gladius:gladius ad caldeos/& principes/ac fortes Babilonis: qui timebũt/& erunt ſicut mulieres. Ecce populus ueniet ab Aquilone/& gens magna/& Reges multi cõſurgẽt/a/finibus terræ cõtra te filia Babilonis: audiet Rex tuus famã eoꝝ/& diſſoluentur manus eius anguſtia:apprehẽdet eũ dolor quaſi parturientẽ. Cõciderẽt ꝓfecto animis ſarraceni tã præter ſpem undiq; ĩpugnati: Portẽdi ſibi diuino iudicio ultimũ exitiũ crederẽt/& actũ eſſe de ſua pernicioſa ſecta penitus ſibi pſuaderẽt:quippe in qua Apoſtolicũ: illud ĩpleret᷑:cũ dixerint pax/& ſecuritas:tũc eis repẽtinꝰ ſupueniet ĩteritꝰ/& illud Apocalipſis de repẽtia

Hiere. xlviiii. l. li.

Themã ciuitas Arabiæ ſcdʒ Iſayam/ ut ait Hieronymꝰ

1. theſſ. v.

Apoc.

ſectæ ſarracenoꝝ deſtructione/& ablatione orienta
lium opuꝫ/ac comercii/a/manibus eorũ apertiſſime
conſonis cum Hieremia uocibus prophetantis/ac
dicentis.Quia dixit in corde ſuo:ſedeo regina:lu/
ctum non uideo:ideo una die uenient plagæ eius:
quia fortis eſt dominus:qui iudicabit illam:& plã/
gent ſe ſuper illam reges terræ:qui cum illa fornica
ti ſunt:& in deliciis eius uixerunt:longe ſtãtes pro
pter metũ tormentoꝝ eius:& negociatores terræ lu
gebunt ſuper illã:quoniã merces eoruꝫ nemo emet
amplius:merces lapidis pretioſi margarite:& byſſi
& cinamomi:& amomi/& odoramentorum:& thu/
ris:& cætera/quæ quidẽ in oriẽte magna ex parte nõ
minus repente/q̃ mire Portugallenſiũ nauigatione
& armis iam cœpta impleri uidemus. Incipiente iaꝫ
(ut apparet)Domino parare nuptias agni:in quibꝰ
uxor eius Eccleſia totũ nunc ſuppreſſa per orbem:
lachrymas/ac luctũ deponet/& induet ſe ornamen/
tis lætitiæ/& exultatiõis:tãq̃ ſpõſa uiro ſuo ornata.
¶ Magnam inſuper religionẽ:& deuotam ſolicitudi
nem ad hoc ſanctũ opus omniũ fideliũ animis incu
tere debet miraculoſa illa cunctis notiſſima Cruciũ
coloris ſubnigri apparitio in pleriſq; Alemaniæ lo
cis proximis annis in ueſtibus/& pluribus aliis re
bus etiam reconditis/& clauſis oſtenſa/atq; reperta
Quo manifeſte apparet(quod ultimũ iam corã deo
ignauia fideliũ fecit) delegari in noſtrã exprobatio/

nem/a deo/& mitti ad nos ſanctã eius Crucem po
tiſſimum debiti noſtri ad deũ pignus:potiſſimum
quondã uictoriæ/& gloriæ noſtræ tropheũ:nunc
torporis & opprobrii (niſi uindicamus) inſigne.
Adit nos iam (proh dolor) ſancta chriſti crux diui
næ in nos miſericordiæ obſes:ac miniſtra.implo/
rat mœſta:atq; requirit:ſit ne ex tot fidelibus in ſe
redemptis:qui ſubueniat:qui ſubſidiũ det:oſtentat
ſe nobis triſtẽ:amiſſo decore lugubrẽ:& canũ pro
culcatione cauſa noſtra fœdatã:ut ſi eius obliti be/
neficiũ:ignominiã ſaltẽ miſerati:feramus auxilium
& nos memores dei:memores noſtri:& demũ chri
ſtianos:ſi nõ charitate:charitatis ſpecie:quæ ẽt ma/
los decet:qñq; monſtremus/O/ferrea/o/lapidea fi/
deliũ corda/& tot/tãtiſq; dei beneficiis ingrata.Nã
ſi feri/& inhumani inter homines animi eum accu
ſamus:qui & ſi amorẽ/& delictionẽ prior nõ uult
impendere:nõ uult ſaltẽ dilectus reſpondere:quan
to id erumnoſius in deũ admittimus:qui tãtopere
nos:& prior dilexit:& ſola cã nr̃i/nõ ſui dilexit.
¶ Temporum ergo non minus q̃ rei ipſius ratio
admonet:ne deſtinata/a/deo ultra tardentur. Exera
tur iam fideliũ cladius in ceruices inimicoꝝ extol/
lentiũ ſe aduerſus ſcientiã dei:quæ eſt chriſtianoꝝ
fides:ne dicant gentes:ubi eſt deus eoꝝ:cũq; fidei
hoſtes aliter iã cohiberi non poſſint:melius eſt ut
occidãtur:q̃ relinquat᷑ uirga peccatoꝝ ſup ſortẽ iu/ Pſal.

ſtorum:ne forte extendant iuſti ad iniquitatẽ ma/nus ſuas.Nec in tã chriſtiano opere ulla prætendatur neceſſitatis excuſſatio:cũ nulla prætendi poſſit: qua uolũtas/a/culpa/& crimine poſſit excuſari quoniã nulla neceſſitas maior eſſe debet chriſti/& fidei charitate.Preſertim cũ credendũ maxime ſit:aduer/ſa quæq;/& neceſſitates merito nobis contingere:& fieri/a/deo:eo q neceſſitatib9 ſuæ ſctẽ fidei/& chri/ſtianæ religionis nõ ſubuenimus. Nec ſimul in ea ſancta expeditione:Regnorum/aut patrimonii/eoruʒue quæ poſſidemus/ſeu optamus timenda eſt ulla pro chriſto iactura:qui omnia pro nobis reliquit: quiq; centuplũ pro uno in hoc ſæculo:& in futuro uitã æternã ipſuʒ ſequentibus pollicetur.In tuto reponitur quod deo cuſtode ſeruat:ſeruabit ille q̃tũuis longe abſentibus nobis/& pro eo militantibus nõ ſolũ noſtra:ſed multo plura adiiciet/ac tribuet.

## INVOCAT PRIMVM OMNIVM PON/TIFICEM/ATQ q; IMPLORAT.

q Vamobrem huius iam ſancti operis potiſſimuʒ caput/ac mẽbra præcipua:longa ceſſatione:obducta rubigine/ac ſitu iacentia:appellare cõpellor.Te primũ oĩum ſanctiſſime Pon/tifex chriſti uicarie:qui tũ ꝓpriis uirtutibus:tũ diuina in terris præſidentia datus es nobis Paſtor/& chriſtianæ uirtutis exẽplar.Te inq̃ appello/te ĩploro:ut iam exciteris/& labenti chriſtianæ reipublicæ

tibi cõmiſſæ in extrema eius afflictione ſubuenire
tandẽ/ac prodeſſe ſtudeas. Clamat iam Angelus il/
le dei in Apocalipſi:ad te ſedentẽ mitte falcẽ tuã/& Apoc.
mete:quia uenit hora:ut metatur : qm̃ aruit meſſis xiiii.
terræ. Cribrat eniꝫ(iuxta uerbũ dñi)iãdiu ut triticũ Lu.xxii
Sathanas populũ tuũ. Rogat chriſtus ne deficiat fi
des tua. Sed tu aliqñ cõuerſus cõfirma iam fratres
tuos/& proba illud prædeceſſoris tui. Dñe tecũ pa
ratus ſum:& in carcerẽ/& in morteꝫ ire. Non ergo
quantũ honoris:ſed quantũ oneris de manu tua re
quirendi ſubieris:cogita. Nec q̃diu uixerit anteceſ/
ſores tui:ſed q̃ breui cũ pereuntis ſæculi curis:de/
ſerta hac ſanctiſſima:inglorie Pontificatũ finierint.
Conſidera heri fuere:hodie nõ ſunt:quot uiuimus
annos:tot prope uidemus uita fungi Põtifices. Ad
dei ſeruitutẽ:longa Pontificibus/ẽt ſenio cõfectis ui
ta ſuppetit:ad ſæculi breuiſſima:ac ( ut ſæculũ ipꝫ)
ſollicita/& anxia. Itaqꝫ hoc ſanctiſſimũ opus ſuper
cætera oĩa ſanctiſſime Pontifex in mente/& corde
tuo ſemper uerſetur. Huc tibi cuncta potiſſimum
ſunt referenda. Hoc tuam ſanctitatem ante omnia
facere oportet:q̃uis/& alia non omittere. Incumbit
enim maxime ei:qui præſit:eoꝵ quibus præſit com
modis utilitatiqꝫ ſeruire/& efficere:ut ſint q̃ beatiſſi
mi. Cumqꝫ magiſterio/& exemplo domini:bonus
paſtor animã debeat ponere pro ouibus ſuis: ſicut
& ipſe pro nobis fecit:Ponat tua beatitudo(quid ẽt

ſedens facere poteſt)longe minore:quæ conficiẽdo ſufficiẽt negocio. Curã.ſ.& ſolicitudinẽ ad cõueniẽdũ populos in unũ/& reges:ut ſeruiãt dño. Cõſti/tuto imprimis aliquoꝝ annoꝝ ſpatio:in quo oẽs pro ſe:& ſucceſſoribus ſuis iurent/ac ſe obligent/& polliceantur ſub pœnis/& maledictione ꝑpetua:ſe hãc ſctũꝫ cõtra infideles expeditionẽ pure/ & chri/ſtiane aſſumpturos/adiuturosqꝫ:& durãte eo tpe cõcorditer inter ſe ꝑſeueraturos:nec quouis pacto:taꝫ piũ opus ĩpedituros/aut ꝑturbaturos:nec nõ ꝓpui/ſo certo/& cõgruẽti exercitus:tã terreſtris:q̃ naualis militũ numero:qui uno/& ꝑpetuo tenore ſuſtine/ri ſemp ĩteger/ac ſuppleri debeat:cõmunibus oiuꝫ fideliũ ſtipẽdiis:quod uniuerſe chriſtianitati facillimũ erit. Simul de ſubſtituẽdis exercituũ ducibus:ſi qui eoꝝ morte uel alio iuſto ĩpedimento ſubtracti:id ſanctũ miniſteriũ ꝓſequi nequiuerint. Nil enim æque hoſtibus ultimi excidii ſui/& extremæ deſtructionis afferet tenorẽ/ac fidẽ:nil æque fidelibus uirtutẽ augebit:q̃ unanimis:cõſtãs:ꝑpetuus/& irreuocabilis huius ſcti belli apparatus/& ordo quo fiet: ut belli labores/ac expenſe abbreuientur/& fiant lõge faciliores: dũ/& fideles/& infideles rẽ tãto aſſenſu:cõſilio/ac ordine cœptã:pro cõfecta animis reputabunt:reꝝ eniꝫ præcipue bellicaꝝ pars maxima nõ ſolũ opinione:ſed ſæpe rumoribus cõſtat. Tẽtarũt & hoc:ut nõ pari ordine:ita & irrito/& fruſtato ſæ

pius effectu:alii(q̃uis pauci)ſancti Põtifices præceſ
ſores tui:pro ſua ſingulari uirtute:quorꝫ tpibꝰ nul
la deus tã euidentia uoluntatis ſuæ ſigna ad hanc
ſanctã expeditionẽ oſtendit. Ad quã quidẽ ẽt ſi alii
tepidi:alii ſurdi forent(quod certe longe abeſt):ſuc
ceſſori tñ Petri diſſimulare nõ licet:ſed illud potius
dicere/ac præſtare:ẽt ſi alii ſcandalizati fuerint:ego Mathe.
nunq̃ ſcandalizabor. Quod enim/& quantũ crimẽ xxvi.
primatũ Eccleſiæ tenere:& eius miniſteriũ declina/
re:eius præſertim Vicario:qui nõ uenit miniſtrari:
ſed miniſtrare. Quod igitur tuũ eſt Sanctiſſime Põ
tifex:aggredere iam ſanctũ dei/& beatorꝫ apoſtolo
ruꝫ opus:exẽplũ cæteris da:aperi uias:quas reliqui
ſequi ſatagant:non ſequi erubeſcãt/quo peracta tã
fœlici diſpenſatione:audias lætus/a/dño:euge ſerue
bone/& fidelis intra in gaudium domini tui.

## AD CARDINALIVM COLLEGIVM.

ſAcrum ſimul reuerendiſſimorꝫ Cardina/
lium collegiũ obteſtor:quibus id ſolũ di/
xiſſe ſufficiat:nõ leui cunctis hominibus
fore admirationi(& merito quidẽ) ꝙ iaceat adeo ne
glecta huius tam pii/& neceſſarii operis cura in tot
ſpiritualiũ uirorꝫ cordibus:altero uelut apoſtolorꝫ
cœtu Vicario chriſti aſſiſtentibus/& deo tante/tãqꝫ
noxiæ omiſſionis rõnem reddituris: quorꝫ ut ele/
ctio ita & opera de diuino maxime ſpiritu cenſeri
& apparere deberent. Præſertim cũ in preſentia ipſo

rum fides/& miniſterium nullo poſſit opere coraȝ deo/& hominibus magis commendari

AD IMPERATOREM.

a Ppello item & te uictorioſiſſime Romanoruȝ Imperator:qui proximũ/a/Põtifice gradũ in cõmendatione chriſtianæ religionis es/a/deo ſortitus:quiq; tũ pro dignitatis/& nominis tui onere:tum pro maiorꝝ tuorꝝ gloria ad ſanctam chriſti fidem exaltandam q̈ maxime obligaris.

AD FRANCORVM REGEM.

s Imul non minus te imploro chriſtianiſſime Francorum rex cuius regiæ(ut mira/& magna alia taceam geſta:q̃ta ét longiſſima non caperet oratio) ea fuit ſemper in tuenda chriſtianæ eccleſiæ cura:ea in augenda chriſtiana religione deuotio:ut ab ea potiſſimuȝ laude glorioſuȝ cũ tuis maioribus chriſtianiſſimi traxeris cognomen.

AD REGEM ANGLIAE.

s Imul & te/o/potẽtiſſime Angliæ rex Henricæ:quẽ p̃ter ampliſſimas & tuas/& maiorum laudes diuina clementia:uelut manu ſua appræhenſum:in ſoliũ regni tibi debitũ diebus noſtris extorrem reduxit:quo promptiorẽ/& deuinctũ magis ſibi/& chriſtianæ religiõi pararet ꝓpugnatorẽ.

AD HVNGARIAE REGEM ET VENETOS

i Am tu quoq; Magnanime Hungariæ Rex Voſq; Illuſtriſſimi Veneti : ut fortiſſima

chiſtianæ reipublicæ ꝓpugnacula:& uelut ante mu
ralia:ad hoc ſctū3 dei opus appellādi eſtis/ & ĩ exē
plū bellicæ laudis contra hos ipſos infideles tot cō
tinuis pugnis/tot inſignibus uictoriis proponēdi.

AD ARAGONIAE REGEM.

n Ec non & te/o/Clariſſime Ferdinãde Ara
goniæ/& utriuſq; Siciliæ Rex non minori
appello fiducia:qui præter alia tua/& maioꝝ tuoꝝ
glorioſiſſima facta:auſpicatiſſimū diebꝰ nr̄is Sarra
cenicæ expugnatiōis exēplū:& ĩcitamētū cūctis de/
diſti:dū ꝑfidū Granatæ in Bethica Regē potētiſſi/
moꝝ Caſtellæ Regū ad tua uſq; tpa cōtēptorē/fun
ditus deleſti:captū eius Regnū chriſtianæ fidei red
didiſti:ab ĩſegniq;/& diuturno opprobrio Caſtel/
læ Reges cum ſumma gloria uindicaſti.

AD REGEM PORTVGALLIAE..

n Ec minus tu quoq; Clariſſime Emanuel
Portugalliæ Rex:quāq̄ terraꝝ ſitu:non tn̄
in chriſtianis laudibus ultimus ſummo qdē merito
& auſpicatiſſimo nomine ad hoc ſanctū opus es ap
pellandus:qn̄ nō cōtentus cū tuis maioribus infi/
deles magna hiſpaniæ ꝑte expuliſſe:trāſmarias eoꝝ
in Africa urbes traiecto claſſibꝰ Occeano ui cepiſſe:
ſubactā mauritaniæ ꝑtē cōtinuo bello ĩ mediis hoſti
bꝰ laborioſiſſime tutari:alio certe lōge maiore diſcri
mie/ac labore magnā & ipis quoq; ĩfidelibꝰ admirā
dā xp̄iana fortitudīe gl̄iā xp̄ianæ religiōi tꝑibꝰ nr̄is

peperiſti:dum tuis armis/tuiſq; auſpiciis ab occidē
te in orientē per noua maria:noua ſidera ignoratas
gētes/ac terras:expugnata quodāmodo ipſa rerꝫ na
tura:fidē chriſti/& chriſtiani noīs decus in Indiā uſ
q;/et alios ꝓpe orbes mire extuliſti/et ī dies extollis.

## AD RELIQVOS PRINCIPES.

Erum pleroſq; alios Illuſtriſſimos Princi/
u pes/& potētatus chriſtianæ reipublicæ fir
miſſima mēbra nō minus appello/& ſi cō
ſulto prætereo:ne longior ſim:quorꝫ quidē uirtus
& laus/pro ſolita animi magnitudine in tā pio ope
re(ut apparebit)non in ultimis erit.

## AD OMNES IN COMMVNE FIDELES.

Eniq; omne iā reliquū fideliū genus:omnē
d cōditionē:omnē ſexū/atq; ætatē ad hoc ſan
ctū chriſti opus:qui pro oībus eſt paſſus
appello/ac obteſtor ut tandē ad cōmune reprimen
dū excidiū:ad cōmunē ſui liberationē:chriſtanis uo
tis:& mutuis hortamētis accurrant:crudeliſſimos
dei/& chriſtiani nominis hoſtes aggrediātur: Vin
dicēt chriſtū/& ſanctā chriſti eccleſiā:in qua ſunt re
dempti:Armetur iam/& iuuetur ab oībus chriſtia
nū robur:cui opes erūt/opibus:cui potentia/uiri/
bus:cui prudentia cōſilio:cui gratia fauore:cui ſer/
mo:ſermone:& cui nil aliud uotis/& p̄cibus.Admo
neātur/ac ꝓuocētur ab eccl̄iaſticis/& cōſiliariis Prin
cipes:a cōfeſſoribus & p̄dicatoribus populi: Iuue/

nes/a/ſenibus:a/parentibus liberi: & quod & in gē
tiliū bellis ſæpe legimus:a/fœminis uiri:Si chriſtia
næ fidei:ſi parētibus:ſi nobis:ſi filiis/ac cōiugibus
cōſultū optamus. Non ſuſtinebit credite pfidoꝶ tur
ba ſanctū chriſti exercitū:& qui chriſtianoꝶ diſcor
diis creuit hoſtis:chriſtianoꝶ concordia/& unitate
præcipitet᷑:eſt neceſſe: quoniā in deo(iuxta Dauid) Pſal.
faciemus uirtutē/& ipſe ad nihilū deducet inimicos
noſtros. Nemo igitur fideliū ſit(niſi malit appella/
ri:q̄ eſſe fidelis)qui in ſaluatoris noſtri decus/& glo
riā ſecure:nemo qui in fidei defenſionē ītrepide nō
exurgat. Sed uos maxime/O/chriſtianiſſimi princi
pes/ac rectores cæteris daturi imitationē/atq; duca
tū. Vos potiſſimū iteꝝ/atq; iteꝝ imploro:& per ui/
ſcera miſericordiæ dei noſtri:in quibus uos uiſita/
uit/ac redemit oriens ex alto & oro/& obteſtor: ut
tranferatis iam tādē aīum ex toto corde/& mēte ad
hanc ſanctā cogitationē:qua nulla maior:nulla di
gnior:nulla deniq; magis ueſtra excogitari poteſt.
Operamini iam ueſtrū opus/a/prædeceſſoribus ue
ſtris tā diu nō ſine maxima dei/& ueſtra ignominia
& omniū chriſtianoꝶ pnicie:peccatis nr̄is intermiſ
ſum/atq; neglectū. Quodq; deo/& uobis/& chriſtia
no populo tātopere debetis:tā neceſſario & oppor/
tuno tpe ne tardetis. Hilarē eniʒ datorē diligit deus
& ꝓpriū eſt libenter facientis:cito facere:tarde uelle
nolentis/& inuiti eſſe uidetur. Quod qdē in re tam

ſancta & cunctis perneceſſaria:nõ decet fideles chri ſti Principes.Adeo:ut tanto quis alienatũ/a/ſe ma/gis dei ſpũꝫ poſſit iudicare:q̃to ſe ſenſerit ab hoc ſan cto opere alienũ.Cauſa generalis eſt/& dolor cõmu nis:in quo amouendo:ſolo incœpto opus eſſe ui/detur: minime.n.dubitari debet:quin tã laudabilis operis cœptũ:lõge leudibilioris/& felicioris exitus meritũ corã deo illico ſecũ afferat:ut.n.ponũtur ini tia:ſic cœtera ſequuntur.Cõſiderate itaq; hanc curã/a/nobis:ut maxime debitã expectari:inqua non ali us ex alio(quod hucuſq; nobis fuit exitio)pendere debetis:quippe in tã ſctõ opere nulla in uobis æmu latio:nõ ſenſus poterit eſſe diuerſus:ſi unus(qui eẽ debet)in uobis fuerit dei ſpũs/& amor:& paria erũt oĩbus apud deum retributionũ merita:quibus par erit in deo tanti boni uoluntas. Cogitate præterea quos labores:quos ſumptus: q̃tũq; annoꝝ atq; æta tis cõſũmere ſoliti ſitis in mutuis bellis:fraternis/& cognatis armis in multa chriſtiani ſanguinis effu/ſione geſtis:quæ bella minori diſpẽdio:gloria ma/iore/& ſummo apud deũ/& hoĩes merito cõtra infi deles geri potiꝰ debuiſſent.Reminiſcimini ẽt/o/Põ tifex/o/principes:ad quantũ dignitatis faſtigiũ ſitis a deo euecti:quot beneficiis ſuſtẽtati:cũq; par ſit uo bis cũ cæteris naſcendi/& moriẽdi cõditio:ipſe uos ſup cæteros coronat:ipſe regiões gẽtiũ dat:labores ppl'oꝝ ſubiicit:ipſe:ut miniſtroꝝ ſuoꝝ infirmitates

ueſtras indulgẽtius ſanat:ſalutẽ p̄ſtat:redimit uitaȝ. Quo plura ab eo accepiſtis:plus/a/uobis diuĩæ exigit̃ ſeruitutis:maiorq; diſpẽſatiõis rõ de manu ur̃a requiret̃.Quãobrẽ recordamini iã oppreſſe chriſtianæreipublicæ.Veniãt in mẽtẽ diuturnæ lachrymæ ac lamẽta ſanctæ mr̃is nr̃e Hieruſalẽ:q̃ uos tãdiu ſuſpirat:tãdiu ĩcaſſuȝ ĩplorat:an ex tot filiis:quos gñauit:quos enutriuit:ſit q miſerãdæ captiuitati ſuæ ſuccurat : q iacẽtẽ ſubleuet:q manũ tribulatæ apprehendat.Placeãt iã ſeruis dei(ſicut futuꝝ p̄cinit ꝓpheta) Pſal.
lapides eius chriſti ueſtigiis/& paſſione ſacrati:& iã terræ tãti myſterii/& nr̃e redẽptiõis miniſtræ miſereantur:qa edificabit rurſuȝ dñs ſyon/& uidebitur in gl̃ia ſua.Et ſcribẽtur hæc in gñatiõe nr̃a/& ppl̃s:qui deſtructis infidelibus creabit̃/laudabit dñȝ. Maior quidẽ nunc uis Saluatori infertur. Patitur nunc denuo chriſtus : & quidẽ multo crudelius: quia non Hieroſolimis ſolũ (ut olim) nec una nocte/uel die: ſed oĩum tẽpoꝝ diebus/noctibus:horis/atq; momẽtis:oĩbus totius orbis locis/ac terris : Aſia:Africa/ & maxima Europæ pte.Quin &/a/nobis(proh nephas)pro qbus eſt paſſus longe crudeliſſime patit̃ qui nõ ſuccurrimus:nõ ſubuenimus . Quapropter eximẽdus eſt iã uterq; Petri gladius/chriſto denuo patiẽte. Alter Põtificis Eccleſiæ capitis opera. Alter Principũ mẽbroꝝ Eccleſiæ manu.Pudeat iã:pudeat ac exẽplo petri pẽiteat tot petri ſucceſſores:tot chriſti

propugnatores:per tot ſæculoꝝ:tot noctiũ galli cã
tus patientẽ ẽt nunc chriſtũ abnegare/ac deſerere.At
reſpicit uos chriſtus:ut olim Petrũ:O principes lõ/
ge criminoſius nunc ſe negãtes/ac deſerentes.Qua
propter egredimini iã de pauoris & impœnitentiæ
atrio.Exite foras:flete amare/& tãdẽ ante oculos Po
nite chriſtianæ fidei/& catholicæ matris eccleſiæ uo
bis cõmiſſe calamitates:& ipſaꝫ ad pedes ueſtros ſup
plicẽ cõtẽplamini iacere mœrore/& erumnis ſqualli
dã:iacere proſtratã:ad uos preces lamentabiles fun
dere:petere planctibus cũ ſpõſo chriſto auxiliũ:pe/
tere/a/tãdiuturna captiuitate liberationẽ.Impetret iã
tot lachrymis/a/filiis mater ſubſidiũ:ĩpetret tot be/
neficiis ab hoĩbus deus/a ſeruis dñs:a/creaturis ſuis
creator.ꝙ ſi uere chriſtiani eſtis.ſi uere ſaluatorẽ ue
ſtrũ diligitis : prebete/& oſtendite uos eius amicos
in tanta ſua/& ueſtra/& populi uobis cõmiſſi neceſ
ſitate.Nil diſſimuletis:nil reſeruetis:ĩmo qcqd uiri
uꝫ qcqd operæ:qcqd auctoritatis uobis ẽ:id omne
in hoc ſanctiſſimũ/& perneceſſariũ opus ĩpẽdite:cer
tatim incũbite:certatim feſtinate/& quod adhuc cũ
ctatione deliquiſtis:uirtute corrigite/chriſtoqꝫ in uo
bis/& pro uobis ẽt nunc tantopere patienti ſubue/
nite:quẽ ſi pro nobis patientẽ ſequi formidamus:
ſequamur ſaltẽ pro nobis uincentẽ/&/a/finibus ter
ræ manus noſtras ad prælũ ducẽtẽ:ſublato iam in
oriente cõtra fidei hoſtes:crucis/in qua mundũ ui/

cit tropheo/a/coapoſtolo Petri Thoma in India p̄/
dicato/& Mahometica ſecta/a/nobis interciſo:nunc
mire nobis cōſociato/& peruio. Inſurgite quoq; iā
ab occidēte & uos:intendite/& inferte hoſtibus cru
cis:crucis uexillū:& tam preſentibus diuinæ uolun
tatis incitamentis:atq; indiciis:ſeu potius beneficiis
uobis ueſtroq; tpi reuellatis:& p̄ſtitis. Vtimini:ac
uertite in chriſtiani nominis decus:& hoſtiū chriſti
internicionē. Apprehendet uobiſcū illico deus(iux
ta Dauid)arma/& ſcutū/& exurget in adiutoriū uo Pſal.
bis. Simul audietis ab eo/& illud Hieremiæ:Ne ti/ Hier. i.
meatis/a/facie eoꝝ:quia ego uobiſcū ſum. Erit pro
fecto meritū ueſtrū apud deū:nō ſolum pro uobis
multū/ac magnū:ſed ēt pro tā multis:quibus cau/
ſam/& exēplū deū promerendi ipſi præſtabitis. Vix
enim erit qui in tā ſancto opere:tāq; ab oībus deſi
derato nutū:& authoritatē ueſtrā non ſequatur:qui
non imitetur piū propoſitū ueſtrū:ac laborē:que;
ut ſuſcepiſſe maximæ erit laudis:ita neglexiſſe cri/
minis:& ī pn̄ti ſæculo:& in futuro maxime expiādi

¶ Hæc ſanctiſſime Pōtifex:& chriſtianiſſimi Princi
pes:ſi deuota mente:& chriſtiano(ut debetis)corde
ſuſcipitis:magnum & perpetuum:ac ſalutare decus
uobis parabitis. Sin occupatis ſæculo animis:& di
uini obſequii oblitis:negligitis:quanto id crimi/
ni erit:non aliunde magis:q̄ de domini traditore
intelligite:qui ſi merito accuſatur:& appellatur chri/

ſti proditor:q̃ in ſancta illa ciuitate tradidit Salua
toré:non dum cõperto eſſet ne dei filius:an/a/cæte/
ris hoibus quiſpiã:quo nunc demũ nomine cenſe/
bimur nos:quo crimine digni:qñ poſt creditũ/a/
nobis per tot ſæcula/& adoratũ pro uero dei filio:
pro ſaluatore/& dño:poſt paſſum haud dubie/& ꝓ
nobis occiſuꝫ:nos ſimus:nos:qui multo ſceleſtius
ipſum nunc prodimus:nos qui tradimus ſanctam
eius religioné:ſanctã terrã/ac ſepulchrũ:ubi nos/a/
morte redemit:in manus inimicoꝝ ſuoꝝ:nec minus
noſtroꝝ:cũ liberare poſſimus.Niſi forte(quod nũc
uenit in menté)putamus:nos ſatis chriſto facere/q̃
diem Veneris ſanctũ:in quo paſſus eſt:quoq; hæc
perſcribi contigit quotannis doléter obſeruare oſté
dimus:cũ nec eadé ipſa ſit:quæ fuit paſſionis/dies:
nec ulli: preſentibus eius rei ſignis nobis adueniat
ſed annua reuolutione cuꝫ cæteris diebus cõmunis
ſuccedat inſtitutione tãtũ Eccleſiæ magis q̃ deuotióe
nr̃a(ut apparet)repetita/ac memoriæ tradita:Nam ſi
uera memoria & deuotione paſſionis chriſti/eã dié
celebraremus:multo maior cura/& recordatio in tot
ſæculis animũ noſtrũ ſubiiſſet:liberandi/a/canibus
atq; celebrandi eadé illaꝫ ſanctã terrã/ſanctaq; loca:
ubi Saluator noſter natus/& educatus eſt.Vbi præ
ſens cõuerſatus ſalutaré doctrinã nobis prædicauit
Vbi Caluariæ locꝰ ĩ quo ꝓ nobis crucifixus/& mor
tuus.Vbi ſanctiſſimum eius ſepulchrum:in quo ia

cuit/ & reſurrexit. Vbi petrarꝝ ſciſſio: tot/ tantiſq; præ
ſentibus adhuc indiciis/ ac teſtimoniis diuinam in
nos miſericordiā teſtantibus: pn̄tē quodāmō ipſuz
dei filiuz ſaluatorē noſtrū: præſentem ſanctam eius
paſſionem/ & prope oculis cernendā nobis oñdunt.
¶ Habes ſumme Pontifex: Habetis chriſtiani Prin
cipes/ cunctiq; fideles exhortationem: qua & officii
ueſtri admoneri: & inuitari debeatis ad hoc ſanctiſ
ſimum omnium operum opus: adeo: a/ uobis tum
chriſto: tuz decori ueſtro/ & chriſtianæ neceſſitati de
bitum: ut omiſſum/ ac neglectuz/ etiam infideles in
uobis deteſtentur. Exhortatiōez inq̄ omni charitate
plenam: omni ueritate/ & animi ſinceritate ſcriptā.
Ideoq;/ a quocunq; ſcripta ſit: a/ ſpiritu ſancto uobis
miſſam: quæ tamen iuxta operationem ueſtram: uel
ad gloriam perpetuam: uel ad crimen inexpiabile
(quod deus auertat) ante tribunal chriſti: nunc re/
quirentis: tunc iudicantis uobis recitabitur.

COMPLETVM AB AVTHORE OPVSCV
LVM DIE VENERIS SANCTO SECVN
DA APRILIS. M. CCCCC. VII.

Impreſſum Neapoli per Ioannem
Anthonium de Caneto Papiē
ſem. Anno dn̄i. M.ccccc.
viii. die. xii. Marcii.

HA

exol
ego l
ſtom
rem
q̃ cæ
eſſe
omn
Illis
perp
ditiſ
Inter
aut a
reru
ſcrib
aſſe
illis
con
mũ.
rim
Inte
lius
fuiſ
tem